



Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris
Angelici Ordinis Prædicatorum**

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romae, 1619

Vtrum aliquando licitum fuerit habere plures vxores? 2

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

in appetitiva sequitur naturalem conceptionem in cognitione: & quia non ita est contra conceptionem naturalem, quod vir habeat plures vxores, sicut quod vir habeat plures viros; ideo affectus vxoris non tantum refutat consortium in viro, sicut est conuerso: & ideo tam in hominibus, quam in alijs animalibus inuenitur maior zelus maris ad foeminae, quam est conuerso.

ARTIC. II.

Virum aliquando lisitum fuerit habere plures uxores?

271

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod habere plures uxores non potuerit esse aliquando licitum. Quia secundum Philosophum † in secundo Ethicorum, ius naturale semper & ubique habet naturalem potentiam eamdem. Sed iure naturali prohibetur pluralitas vxorum, ut ex dictis patet *. Ergo si cut modo non licet, ita numquam licuit.

*li. 5. Eth.
cap. 7. in
prin.
art. præc.*

¶ 2 Præterea, Si aliquando licuit, hoc non fuit, nisi quia vel per se licitum erat, vel per aliquam dispensationem. Non primo modo, quia etiam nunc licitum esset. Nec secundo modo, quia secundum Augustinum †, Deus, cum sit naturæ conditor, non facit aliquid contra rationes, quas naturæ inseruit. Cum ergo naturæ nostræ Deus inseruerit, quod sit una, vnius *, videtur quod ipse contra hoc numquam dispensauerit.

*li. 26. cōs.
Faust. c. 3
ante me.
to. 6.*

¶ 3 Præterea, Si aliquid est licitum ex dispensatione, hoc non licet, nisi illis, quibus dispensatio fit. Non autem legitur aliqua dispensatio communis in lege cum omnibus facta. Cum ergo omnes communiter qui volebant, plures uxores acciperent in veteri Testamento, nec ex hoc reprehendantur * a lege Aliud, in vel a Prophetis: non videtur quod fuerit ex dispensatione licitum.

*ad 4. G.
6.*

¶ 4 Præterea, Vbi est eadem causa dispensationis debet eadem dispensatio fieri. Sed causa dispensationis non potest alia ponи, quam multiplicatio proib.

ad

ad cultum Dei; qua etiam nunc necessaria est. Ergo adhuc talis dispensatio duraret, præcipue cum non legatur reuocata.

¶ 5 Præterea, In dispensatione non debet præmitti maius bonum propter minus bonum. Sed fides, & sacramentum, quæ non videntur posse seruari in matrimonio, quo vñus pluribus vxoribus coniunguntur, sunt meliora quam prolis multiplicatio. Ergo intuitu huius multiplicationis dispensatio prædicta fieri non debuisset.

SED contra, Ad Galatas tertio dicitur, quod lex propter prævaricatores posita est. vi scilicet eos prohiberet. Sed lex vetus fecit mentionem de pluralitate vxorum sine aliqua eius prohibitione, vt pater Deteron. vicefimo, Si habuerit homo duas vxores, &c. Ergo habendo duas uxores, non erant prævaricatores & ita erat licitum.

¶ Præterea, Hoc idem videtur exemplo ex sanctis Patribus, qui plures leguntur habuisse uxores, cum Deo essent acceptissimi, sicut Jacob, & David, & plures alii. Ergo aliquando fuit licitum.

*g. presb. art. præc. in resps. ad 7 et 8 * decret. d. 29. q. 4 o. 2. lib. 1. c. 3. in princ. et c. 7. cis. ca fin.* RESPONDEO dicendum, quod sicut ex dictis patet, pluralitas uxorum dicitur esse contra legem naturæ, non quantum ad prima præcepta eius, sed quantum ad secunda, quæ quasi conclusiones, à primis præceptis deriuantur. Sed quia ad usus humanos variari oportet secundum diuersas conditiones personarum & temporum, & aliarum circumstantiarum: id est conclusiones prædictæ à primis legis naturæ præceptis non procedunt, vt semper efficaciam habentes, sed in maiori parte: talis est enim tota materia moralis, vt patet per Philosophum * in libris Ethicis & ideò vbi corum efficacia deficit, liceat ea præmitti possunt. Sed quia non est facile determinare huiusmodi varietates: ideò illi, ex cuius auctoritate lex efficaciam habet, referuantur; vt licentiam prebeat legē præternut: ēdi in illis casibus, ad quos legis efficacia se extendere non debet: & talis licentia di-

sper
effi
bo a
quæ
in hi
ratio
bus
derit
natu
plica
enim
secun
matr
erat
Posse
vend
ordi
Ac
sempr
tentia
mene
ibid
natur
lior
accid
natur
natur
Ac
dam
resh
spira
conta
ter e
per
non
rebus
ter si
Ac

spensatio dicitur*. Lex autem de vnitate vxoris non est humanitus, sed diuinitus instituta; nec vñquam verbo aut litteris tradita, sed cordi impressa, sicut & alia, que ad legē naturę qualitercumque pertinent. Et ideo in hoc à solo Deo dispensatio fieri potuit per inspirationem internam, quæ quidem principaliter Patribus sanctis facta est, & per eorum exemplum ad alios deriuata est eo tempore, quo oportebat prædictum naturę præceptum prætermitti, ut maior esset multiplicatio prolis ad cultum Dei educandæ. Semper enim principalior finis magis obseruandus est, quam secundarius. Vnde cum bonum prolis sit principalis matrimonij finis, vbi prolis multiplicatio necessaria erat*, debuit negligi ad tempus impedimentum, quod posset in secundarijs finibus evenire, ad quod removendum præceptum prohibens pluralitatem vxorum ordinatur, ut ex dictis patet*.

Ad primum ergo dicendum, quod ius naturale semper & vbiique quantū est de se, habet eandem potentiam; sed per accidens, propter aliquod impedimentum, quandoque & alicubi potest variari, sicut ibidem Philosophus exemplum ponit de alijs rebus naturalibus. Semper enim & vbiique dextra est melior quam sinistra secundum naturam: sed per aliquod accidens contingit aliquem esse ambidextrum: quia natura nostra variabilis est: & similiter etiam est de naturali iusto, ut ibidem Philosophus dicit*.

Ad secundum dicendum, quod in Decret. t̄ quādam de diuortijs dicitur, quod numquam licuit plures habere vxores sine dispensatione per diuinam inspirationem habita. Nec tamen talis dispensatio datur contra rationes, quas Deus naturę inseruit, sed præter cas: quia rationes illæ non sunt ordinatae ad semper, sed vt in pluribus, vt dictum est*: sicut etiam non est contra naturam, quando aliqua accidentia in rebus naturalibus miraculoſe prater ea qua frequenter solent evenire.

Ad tertium dicendum, quod qualis est lex, talis debet

* id pates
ex Innoc.
ij. in de-
cret. lib. 4
tit. 19. 12
ex Aug.
de bono
conjug. c.
7. 10. 6.

All. debe-
bat.

in corp.
ar. præc.

li. 5. eth.
cap. 7. in
med.

Phil. lib.
lib. 5. c. 7.
t̄ li. 4. tit.
19. c. gau-
dium. ex
tria de di-
uort.
in corp.
art.

bet esse dispensatio legis: vnde quia lex naturæ est cordibus impressa, non oportuit dispensationem eorum quæ ad legem naturæ pertinent, lege scripta dari, sed per internam inspirationem fieri.

Ad quartum dicendum, quod veniente Christo fuit tempus plenitudinis gratiæ Christi, per quam cultus Dei in omnes gentes spirituali propagatione diffusus est: & ideò non est eadem ratio dispensationis, quæ erat ante Christi aduentum, quando cultus Dei carinali propagatione multiplicabatur, & conserubatur.

Ad quintum dicendum, quod proles, secundum quod est bonum matrimonij, includit fidem ad Deum seruandam: quia secundum quod proles expectatur ad cultum Dei educanda, ponitur matrimonij bonum. Fides autem ad Deum seruanda est potior, quam fides vxori seruanda, quæ ponitur bonum matrimonij, & quam significatio quæ pertinet ad sacramentum, quia significatio ad fidei cognitionem ordinatur. Et ideò non est inconveniens, si propter bonum proli aliquid detrahitur alijs duobus bonis. Nec tamen omnino tolluntur; quia & fides manet ad plures, & sacramentum aliquo modo: quia quamvis non significaret cōiunctio Christi ad Ecclesiam, in quantum est una, significatur tamen distinctio graduum in Ecclesia per pluralitatem vxorum, quæ quidem non solum est in Ecclesia militante, sed etiam in triphantente. Et ideò illorum matrimonia aliquo modo significant coniunctionem Christi ad Ecclesiam, non solum militantem, ut quidam dicunt, sed etiam triumphantem, in qua sunt diuersæ mansiones.

ARTIC. III.

Vtrum habere concubinam sit contra legem naturæ?

272
Can. in e. A d tertium sic proceditur. Videtur, quod his
is qui. 34. a mere Legis enim cærimonialia non sunt de lege naturæ.
d. c mere trices, 32. q. 2. Sed fornicatio prohibetur Actu. 15. inter alia cærimonialia legis, quæ ad tempus credentibus ex Genibus